



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series XII. Artes & nova inventa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

Artes & nova inventa ante Christ. 97

M. Terentius Varro * Archias * Æmi-
lius Macer * P. Virgilius Maro * Horatius,
Domitius Marsus * Tibullus * Propertius
Albinovanus * Aulus Sabinus & alij Poëtæ.
Tyrannio Varro * Attejus * L. Varius *
Plotius * Tuca: Grammatici & Philologi.



S E R I E S X I I .

Artes, & nova inventa à diluvio us-
que ad natum Christum.

Ab an. 1657. ad an. 2039.

NOë primus è vitibus vinum expressit.
Necessitate Magistrâ quæ contra tem-
porum injurias præsidium quærebat, in-
venta est ars ædificandi.

Pictura inventa 100. circiter post diluvi-
um annis. *Vti Saliannus refert.*

Thare Abrahami pater Plastes primus
Simulacra fingit ex creta.

Zoroaster magicarum artium inventor
habetur: falso tamen illi tribuitur liber
Zind, quo Magicos ritus, & ignis colendi
disciplinam ajunt contineri.

Ab ann 2039. ad 2300.

Rudis statuarum origo è saxis informi-
bus, quas statuas Stelarum Cedrenus ap-
pel-

pellat *lib. 4.* iisdem succedere vel columnæ vel conii.

Osiris Ægypti Rex, cujus uxor Isis, seu Ceres Pharia agriculturâ docuit Ægyptios.

De Osiride & Iside omnia incerta & obscura & veriùs fabulosa sunt.

Phlegon Phoronei Argorum Regis frater, primus apud Græcos annis & mensibus metitur tempora: quam dimensionem Hebræi & Ægyptii jam ante nôrant.

☉☉ *Ab an. 2300. ad 2500.* ☉☉

Betylia, hoc est, lapides uncti ab Urano five Cælo Deo, ut Sanchoniaton tradit, inventa sunt; erant hæstatuæ horû temporû.

Aliquid melius in simulacris effingendis Ægyptij conati sunt, ita tamen ut vix oculi distinguerentur, & nec brachia nec pedes disjungerentur, ut videre est in tabulis antiquis.

☉☉ *Ab anno 2500. ad 2600.* ☉☉

Cùm Dij sub animalium formis in Hieroglyphicis notarentur, prima apud Ægyptios Deorum simulacra fuerunt animalia & præcipuè boves. Hinc vitulus aureus Hebræorum Ægyptios imitantium.

Trochilus currum primus jungit 2507. Alij id tribuunt Erichtonio Regi.

Panathenaici ludi Delphis 2565.

Hercules Phœnicus seu Tyrius, purpuram

Inventa ante Christum 99.

ram à cane, maxillas cruentato edoctus monstravit; huic postea humanis victimis sub Molohi nomine litatum est. Prometheus ignem è silice eliciendi rationem invenit; hinc fabulæ locus de igne è cælo allato.

☉ ☉ *Ab anno 2600. ad 2700.* ☉ ☉

Idâ monte conflagrante incolæ Dactyli ferri fundendi rationem discunt 2613.

Eumolpus mysteria Cereris instituit.

Acrisius & Prætus Argivi clypeum primi adhibent in bello.

Ithmiorum ludorum institutio per Pelopem Tantali filium Pisæ Regem 2693.

☉ ☉ *Ab an. 2700. ad an. 2800.* ☉ ☉

Orpheus Lyristes celeberrimus feras sylvas & saxa, hoc est, rudes homines traxisse scribitur.

Pluto Jovis frater funerum Pompam primus adhibet, & inde Inferorum Deus à poëtis dicitur.

Neptunus pariter Jovis fr. nauticæ rei, cui præerat, peritissimus maris Deus appellatur.

Argonautæ clarent, inter quos Jason 2793. eorum ductor Tiphys.

☉ ☉ *Ab anno 2800. ad 2900.* ☉ ☉

Hercules Alcmenæ f. Olympicos ludos restituit 2836.

Dædali inventa promovendis artibus opportuna, ascia, ferra, terebra, perpendiculum, glutinum, ithyocolla. Idem primus in statuis apertos oculos & crura disjuncta, & brachia à corpore disparata faciens hominum admirationem obtinuit *Diodor l. 4:* Idem primus navibus aptavit vela: quæ figmento poëtarum in alas sunt conversa.

Latrunculorū ludus à Palamede inventus.

☉ Ab an. 2000. ad 3000. ☉

Apaturias, hoc est deceptionis festum ab Atheniensibus institutum, cum Xantus Bœotorum Dux Melanthis astu cæsus esset.

Regem hunc Atheniensium alii Thimantem appellant apud Eusebium, traduntq; Melanthum ejus fuisse successorem.

☉ Ab anno 3000. ad 3100. ☉

Navigatio Salomonicæ classis, seu potius Cataldi in Ophir, nauticæ rei gloriâ floruisse Hebræos eâ tempestate doceret, nisi Tyrriorum præcipuè ope id factum ex sacris litteris nosceremus.

Æneam tubam Pisæus Tyrrenus invenit *Plinius*.

Sesostris itinera sua in tabulis proponens, Geographicarū tabularū rudimenta dedit.

☉ Ab anno 3100. ad 3200. ☉

Pictores, qui monocramata uno usi colore

lore pinxerunt, videntur ex Plinio hoc sæculo statuendi l. 35. c. 9.

Hygiemon * Dimas * Charmidas.

Rhodiî maritimâ potentiâ florent.

Nummorum usus Lacedæmone à Lycurgo vetitus.

Orchyades Lacedæmonius Argivis, qui ceciderunt in prælio, spoliatis de eorum clypeis trophæum erexit, & suo sanguine inscripsit. *Plutarch. in Parall.*

☉ Ab anno 3200. ad 3300. ☉

Emaurus jungendo marem fœminamque primus discrevit, & figuras omnes ausus est imitari. Cimon Cleoneus Emauri inventa excoluit, varias vultuum formas & Catagrapha invenit.

Lupercalia instituta à Romulo 3298.

☉ Ab anno 3300. ad 3400. ☉

Bularchi Piëtoris tabulam Candaules auro rependit.

Micciades Malatis f. & Anthermus ejusdem nepos ; statuarii.

Horologia solaria apud Hebræos: ut liquet ex miraculo solis retrocedentis.

Annus correctus à Numa additis duobus mensibus 3342.

Numus Romæ primò sub Numa cusus, hinc illi nomen.

Glaucus Chius primus ferrum glutinavit.

Plastice in Italia primò apparuit sub Demarato Tarquiniū prisci patre.

Carnia in honorē Apollinis instituta 3318.

☉☉ *Ab anno 3400. ad 3500.* ☉☉

Bupalus & Athenis Malatis pronepotes, & post hos Dipænus & Scyllis Cretenses marmore sculpendo apud Græcos inclaruere: Plin:

Pancratiū additū ludis Olympicis 3406.

Gambrivius Tuiscorum Rex VII. Cervisiam primus decoquere docuit an. 3414. Si rectè tradit & numerat Achilles Gassarus in Epi: Chron:

Simulacrum Jovis Capitolini fictum à Turriano Plaste, sub Tarquinio Prisco Rege.

Agon Nemæus per Argivos 3478. Sappho Poëtria primò plectrum excogitavit.

☉☉ *Ab anno 3500. ad 3600.* ☉☉

Anaximander Milesius horologia solaria primus apud Græcos inducit: Tabulas geographicas perficit, quarum rudimenta dederat Sesostris.

Pythagoras lyrae chordam addit: & notato fabrorum sonitu Musicam perficit.

Athenienses Tyrannicidis Hermodio & Aristogitoni statuas ponunt 3544.

Saturnalia instituta 3557.

Thespis poëta personas invenit.

Ab

☉ Ab anno 3600. ad 3700 ☉

Panæus Phidiæ fr. quem in picturæ certamine Corinthi Timagoras vicit.

Polygnotus Thasius plurimum picturæ contulit, siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare: sed supra hos aliosque hujus ævi pictores Zeuxis, Parrhasius ac Timantes inclaruere.

Statuis sive ex ære sive ex marmore elaborandis gloriam summam adepti sunt Phidias, Scopas, Myron, Pythagoras, Phidias autem Toteuticen non invenit, ut Plinius tradit, sed perfecit.

☉ Ab anno 3700. ad 3800. ☉

Artemon * Gallius * Pamphilus Apellis Magister * Apelles princeps pictorum * Protogenes ejus æmulus, artis apicem attigerunt.

Aristides Apellis æqualis primus animum pinxit Plinius.

Æra Seleucidarum A. V. 442. Videatur Noris in Epochæ Syro Maced.

Simulacris effingendis vel ex ære vel ex marmore super omnes hujus ævi excelluere Lysippus * Pyrgoteles * Praxiteles.

Colossus Rhodius artifice Charetæ Lydio.
Romæ nummus argenteus primò catus

1785.

Ton-

Tonfores primùm à Sicilia P. Ticinius Romam adduxit.

☉ ☉ *Ab anno 3800. ad 3900.* ☉ ☉

Agafander, Polydorus, & Athenodorus Rhodij, quorum est Laocoon in Vaticano servatus: opus omnibus & picturæ & statuariæ artis præponendum ex Plinio.

Methrodorus Philosophus & pictor.

Ctesibius tonfor Pnevumatica & hydraulica Organa invenit, regnante Evergete *Athen. lib. 4.*

Floralia 3814. Ludi Apollinares 3843.

Archimedes Syracusanus speculis naves incendit 3840.

Romani primò usi auro signato 3847.

Ludorum Megalensium origo 3850.

Horologium ex aqua Romæ primò factum 3895.

☉ ☉ *Ab an. 3900. ad 4000.* ☉ ☉

Lala virgo Cyzicena Pictrix, Varronis inventa Romæ & penicillo pinxit, & cestro in ebore.

Posis ex eodem Varrone Plastes nobilis à quo facta poma & uvæ, ut non posset quis discernere à veris.

Arcefilaus Plastes Luculli familiaris. Incensâ à Mummio Corintho 3908. æs Co.

Corinthium fluxit, cui luxuria postmodum pretium fecit vel ante aurum. *Plin.*

☉☉ *Ab anno 4000. ad 4053.* ☉☉

Æra Hispanica A. V. 716. A. C. 38.

Æra Antiochena A. V. 723 A. C. 31.

Æra Laodicensis A. V. 724. A. C. 30.

Æra Alexandrina sive Ægyptiaca eodem anno.

Ludi quinquennales 4020. sæculares 4037

Timomachus Byzantius sub Cæsare pictor

Ludi sub Augusto celebrantur inter Pictores

Inter Statuarios memoratur à Varrone Pasiteles. Aliorum opera quoque celebrantur, sed tempora silentur.



SERIES XIII.

Natales Urbium & Architecturæ
à diluvio usq; ad Christum.

☉☉ *Ab anno 1657. ad 2039.* ☉☉

Hortante Nembroto Chusi filio, Chami nepote turris & urbs Babylon ædificatur 1854. Aliqui urbem multa post sæcula conditam malunt.

Memphis à Mene conditur in Ægypto,
Ninus ad Tigrim Niniven condit.

Nisi-